

IACOBVS CARTHVSIANVS.



Acobus de Gruytrode Germanus, ut commo-  
dius studijs incumbere posset, ordinem Carthu-  
sianorum suscepit, atq; ibidem suis monumentis  
magnum sibi nomen comparauit. Scripsit enim  
de ueris uirtutibus libros 3. de septē peccatis mor-  
talibus lib. 1. de quatuor nouissimis lib. 1. de uita le-  
su Christi lib. 1. Meditationes passionis Domini. I-  
tem speculum prælatorum : speculū subditorum:  
peculum sacerdotum:speculum laicorum:specu-  
lum senectutis : cum multis alijs Dialogis, collo-  
quij, meditationibus, sermonib. & epistolis, qui-  
bus effecit, ut magnam apud omnes gratiam inie-  
rit. claruit is anno salutis humanæ millesimo qua-  
dringentelimo septuagentimo secundo. Gess, in Bibliotheca,